

*Nooologia
physicâ,* *polo-
giam* vulgò dictum, doctrinam *Hominis*, quatenus *naturalis* est, complectentem. Ubi simul, quænam *physica* *Mentis* sit *conditio*, quomodo cum animali corpore cohæreat, & quænam inde *naturales* affectiones, motus, effectus, resultent, quousque fieri potest, declarandum, atque ita fundamentum substernendum est, ad immediatè subsequituram *Hominis* quæ *moralis* *Scientiam*, h. e. *Philosophiam* *moralem*.

Physiognomia & Chiromantia, qua sunt

§. 38. Ad *Anthropologiam* spectat signaturarum *humani* corporis notitia, tum generaliter omnium, tum specialiter *lineamentorum* in manibus, quarum illa *Physiognomia* dicitur, hæc *Chiromantia*. Utraque sano usu velut *appendicis* instar tolerari potest, modò ne *Zingari* *Philosophorum* in *consortium* recipiantur. Licet autem, ut in rebus *Astrologis*, ita in *Physiognomicis* (quarum habitus *Opinio* veriùs quam *Scientia* dici potest) ad ipsas *demonstrationes* nondum pervenerimus, nec forsàn *perventuri* simus; non tamen omnia *prædictionum* fundamenta quibus utuntur sunt de *nihilo*, modò *cautè* progrediamur, ne quod *assumptis* signis in hoc vel illo *saltem* individuo *semel* atque iterum *respondit* *proverâ* *experientiâ* statim *arripiamus*, aut quod in *naturalibus* *præcisè* locum habet, ad *arbitraria* æquè extendamus.

*Opiniones
quarum*

*Certitudi-
nem,*

*Et aliarum
verù pluriù,*

Aliàs præter *Medicinam* ipsa *penitior* *Philosophia* magno etiam *demonstrationum* defectu hinc inde laborat, ut ex *inspectione* *Cursuum* *Philosophicorum* (quibus *immani* saltu *Mathesin* plerumque; totam *transilimus*, nec ex eâ quicquam, *singulari* saltationis *artificio*, vel *leviter* attingimus, nisi quod *scientiæ* *phoronomiæ* *regulas* & ut vulgò dicuntur *Lectiones de motu saltatorio* strenuè *exerceamus*) *videre* est, neque tamen *Medicinam* aut hocce *Philosophiæ* *cursum* *planè* pro *nihilo* habemus. Scilicet omnia *probanda* sunt, & quod *bonum* est, *retinendum*.

*Adhuc des-
deramus.*

CAPUT VI.

De Artibus Physicis.

§. I.

*Philosophia
Naturalis,* Cæterum licet *Immobiliùm* *Philosophia* nudis contenta *cō-
templa-*